



I. N. J.

I.



Rimarium Scripturæ Sacre scrutinium,
est Messiae scrutinium, & præcipuum
devotæ, Deoqve dicatæ mentis
studium, qvod Messias ipse λόγος
& sapientia Patris, tum in Veteri,
tum in Novo Testamento clarissi-
mis verbis attestatus Ps.XL, v.8.
In volumine Libri scriptum est de me,
& Joh. V. v. 39. *Scrutamini Scripturas, quia Pos putatis Vi-*
tam æternam in ipsis babere, & HÆ sunt, que DE ME te-
stantur. Imo non tantum primarium, sed quoque vere
solitarium est Jesu Christi Salvatoris in Scripturis studi-
um, quod summus Theologus Apostolus Paulus de mysteriis
salutis in tertio coelo per Dei spiritum informatus, de
semetipso profitetur, dum ex animi certa firmaq; sen-
tentia judicat, se nihil quicquam scire prater Jesum Chri-
stum cumq; crucifixum, I. Corinth. II. v. 2. Utinam hæc
omnium nostrum esset sententia vereqve salutaris sa-
pientia! Est enim hæc sapientia de Christo, semine Multi-
eris, sapientia divina, mysterium à seculis absconditum ad
Rom. XVI. v 25. in arcanis Dei περιττως reconditum, & cum-
etis hominibus peccatoribus per verbum DEI tradi-
tum à capite ad calcem vel claris verbis intimatum,
vel certis indicis insinuatum, qvod pluribus e literarum

A 2

divi.

QUB